





74288

1718, 22

15,
25

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

TESTAMENTO IN DIVERSIS JUDICIIS INSINUATO,

Occasione L. 4. ff. de his, quæ in testamento delentur.

QVAM,

ANNUENTE DIVINO NUMINE,

IN PERANTIQA UNIVERSITATE ELECTORALI
ERFORDIENSI,

CONSENSU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,
P R Æ S I D E

Inclite Facultatis Juridice Decano,

DNO JOANNE PHILIPPO Streit

J. U. D. Regiminis Elect. Mogunt. Confil.

*Domino Patrono ac Promotore suo omni Honoris cultus
prosequendo,*

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE CAPESSENDIS,

Publicè defendendam suscipit

CHRISTIANUS GODOFREDUS WILISCHIUS,

Liebstadio - Misnicus,

Advocat. Immatric. & Practicus Pirnensis,

HORIS CONSUVETIS.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI

DIE I AUGUSTI, ANNO clō 1718.

ERFORDIÆ, Typis JOHANNIS HENRICI GROSCHII, Academiæ Typographi.



172

INSTITUTIONES JURIDICAE

TREATISE ON THE ELEMENTS

OF THE
LAW

IN THE
UNIVERSITY OF

OXFORD

BY
JOHN

WALTON

ESQ.

OF THE

BAR

CHRISTIAN

AND

IV

IN

OXFORD





Q. D. B. V.

S. I.



Estamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit, ita ait *Imperator in princ. Just. de Testam. ordin.* Quam derivationem *Gellius Noct. attic. cap. 12.*

& *Valla L. 6. Elegant. cap. 36.* rejiciunt. Verum scholis Grammaticorum hæc disputatio relinquenda, nos, qui in Scholis Juris-Consultorum versamur, *Justianum, & Servium Sulpitium Juris-Consultum, Virum ætatis suæ doctissimum, à quo derivationem hanc videtur ille accepisse à Censura Gellii & Vallæ salvamus, dicendo, eos confide-*

A 2

rasse

rasse notationem & etymologiam juridicè,
non grammaticè adeoque in vocabulo *Te-
stamentum* hæc notatio est *testatio mentis*,
rei significatæ conveniat, potissimum enim
in testamentis dominatur Mens. Scita ta-
men & concinna magis est hæc originitio,
quàm vera. Testamentum enim est ver-
bum natum, non ab origine factum duplici.

§. II.

Etymologiam Testamenti definitio sub-
sequitur. Definitur autem testamentum à
Modestino in *L. i. ff. qui testam. fac. poss.*
quod sit voluntatis nostræ justæ sententia de
eo, quod quis per mortem suam fieri vult.
Alii aliter definiunt, hæc tamen definitio
communiter est recepta eamque *Cujac. in*
paratit. d. t. perfectam vocat, ideoque in
præsenti eam retinuimus, & licet multorum
reprehensionem incurrat, nec desint, qui
hanc Modestini, ut vitiosam definitionem
taxent, eam tamen, nec evertunt, nec labe-
factant, nomine *justæ sententiæ* enim intelli-
gitur

gitur sententia regulis juris & Constitutionibus Principum conformis. Ita namque facile ostenditur, in quo testamentum ab aliis ultimis voluntatibus differat. Cum enim leges velint, ut in testamento directo hæres scribatur, sponte sua sequitur, in eo testamentum ab aliis ultimis voluntatibus differre, quod directam hæredis institutionem continere debeat. Hinc alii definiunt testamentum, quod sit *ultima voluntas directam hæredis institutionem continens.*

§. III.

Testamentum generaliter sumptum potest dupliciter considerari, vel quo ad jus antiquum, vel quo ad jus novum. Jus vetus est vel civile, vel prætorium. Jure civili veteri triplex erat testamentum, aliud, quod fiebat Calatis comitiis, aliud, quod in Procinctu, aliud, quod per æs & libram §. i. *J. de testam. ordin.* Testamentum calatis comitiis dicebatur, quod coram universo populo in comitia coacto pacis tempore condeba-

tur. Testamentum in procinctu erat, quod à viris in prælium ituris conficiebatur: solebant enim Romani pugnam initari, & scuta jam sumturi testamentum facere, ac hæredem nuncupare. Testamentum per æs & libram dicebatur, quod per imaginariam venditionem adhibito libripende, & familiæ emptore, quinque testibus, civibus Romanis, puberibus præsentibus conficiebatur *§. 1. §. 10. J. d. test. ord. j. Hub. Digress. L. 4. c. 31.* atque hoc testandi genus diu Romæ viguit, tandem tamen & ipsum displicuit postquam jure prætorio simplicior ac expeditior testandi ratio inventa. Cùm enim Prætores adverterent, testamentum per æs & libram captionibus esse obnoxium, nimiam ejus subtilitatem averfari cœperunt, ac partibus dixerunt, dummodo suprema voluntas scriptis consignata à septem testibus subscripta proponeretur. Unde testamentum prætorium aliud non est, quàm ultima voluntas in scripturam redacta, & septem testibus ad subsignandum proposita. *§. 2. J.*

J. d. testam. ordin. jure novo dividitur testamentum in solenne & minus solenne, solenne est, quod solennitates jure communi præscriptas requirit. Non solenne, quod nullas, aut certè non omnes solennitates jure communi præscriptas desiderat.

§. IV.

Testamentum tam solenne, quàm non solenne ulterius dividitur in scriptum & nuncupativum, scriptum est, quod adminiculo scripturæ; nuncupativum, quod adminiculo vivæ vocis perficitur. Testamentum aliud est publicum, quod factum est fide publica apud Principem, vel acta publica. Aliud privatum, quod privata fide, sive fiat nuncupando, sive scripto.

§. V.

Testamentis solennibus adnumerandum censet testamentum publicum coram Principe factum Ludwel. *de ultim. volunt. P. 2. c. 1.* ea motus ratione, quod præsentia Principis solen-

solennitates omnes suppleantur. Sed hæc ratio id tantum probat, testamentum tale elogio solenni æquivalere; at solenne esse non demonstrat; alias & pari ratione testamentum militare solennibus testamentis adnumerandum esset, cum in eodem solennitates per legem suppleantur.

§. VI.

Ad Testamentum coram Principe, ut rectè fiat, aliud non requiritur, quam ut testator voluntatem ultimam scripto conceptam Principi offerat, eamque suam esse afferat, petatque, ut ea post mortem suam adimpleatur. *L. 19. C. d. Testament. ordin.* Quamvis autem in dicta lege non exprimitur, quod ipse testator testamentum suum Principi offerre debeat, probabilior tamen est sententia affirmativa, occasio enim fraudum longè melius præripitur, si ipse testator præces offerre Principi teneatur. Si enim per alium id fieri liceret, difficile non foret, aliud testamentum substituere, ac specie mandati

mandati tam Principi, tam testatori illudere. Deinde, quando testamentum fide privata conficitur, tenetur ipse testator esse præsens, consequenter etiam, quando fide publica, hoc nullibi legitur remissum. Quinimo in *cit. L. 19.* testamentum precibus insertum æquiparatur testamento privato, quod aliter non vult, quàm si ipse testator præsens fuerit.

§. VII.

Apud Acta conficitur testamentum, si quis coram iudicio ultimam suam voluntatem iudici, vel palam exponat, vel scripto comprehensam offerat, & in acta referri petat, quo modo factum, testamentum publicam meretur fidem, etiam sine testibus, modò apud acta reperiatur. Superfluum enim est testimonium privatum, ubi monumenta publica suffragantur. *L. 31. Cod. de donat.* Sed missis his, quæ de testamentorum divisionibus & solennitatibus pluribus dici possent, convertimus nos ad testamenta in diversis iudiciis insinuata.

B

§. IIX.

Præmittendum tamen, quod insinuat-
 io testamenti non necessario coram iudice
 competente fieri debeat, qui in *cit. l. 19.* fe-
 curus esse dicitur, qui coram actis cujuscun-
 que iudicis ultima sua ordinavit. Insinuatio
 testamenti pertinet ad actus jurisdictionis
 voluntariæ & præsentiam Magistratus ideo
 tantum desiderat, ut autoritate ejus mu-
 niatur, consequenter etiam coram iudice
 incompetente expediri potest. *a. L. 27. §*
30. C. de donat. Carpz. Part. 3. Const. 3. def. 13.
n. 3. § 4. Richter. P. 1. Decis. 30. n. 29.
Lauterbach. de Testament. judic. thes. 19.
 unde recte inferitur, quod Nobiles, Barones,
 & alii, qui jurisdictionem habent, coram
 Actis propriis testamentum conficere pos-
 sint; Est enim Confectio testamenti ex nu-
 mero illorum actuum, qui nudam præsen-
 tiam & autoritatem iudicis desiderant, hi
 actus etiam coram tribunali proprio expediri
 possunt. *arg. L. un. ff. de offic. Consul. L. 3.*
§ 4. ff. de adopt. L. 5. ff. de manumiss.
 v m

vindict. Carpz. P. 3. C. 3. def. i 4. Lauterbach. de Testament. Judic. thes. 20. Brunnem. ad. d. l. 3. de adopt. n. 1.

§. IX.

Quamvis autem paganus cum duobus testamentis decedere non possit semper enim prius rumpitur per posterius. §. 2. 7. quibus mod. testam. infirm. potest tamen subinde propter varias, quæ humanis necessitatibus imminent causas, unum testamentum pluribus codicibus, sive exemplis conficere L. 24. ff. qui testam. fac. poss. §. 13. Just. eod. ita tamen, ut in quolibet requisitæ solennitates observentur.

§. X.

Etsi in duobus testamentis, simul signatis & diversis iudicibus insinuatis diversi hæredes sint scripti, in utroque nominati admittentur, idque per textum expressum in L. 1. §. 6. ff. de hon. possess. secund. tabul. ubi Justinianus in terminis ita respondit: Sed et

si in duobus codicibus simul signatis alios atque alios heredes scripserit, & utrumque extet, ex utroque quasi ex uno competit bonorum possessio: quia pro unis tabulis habendum est, & supremum utrumque accipiemus. Nec ratione hoc caret, quia licet alias duo testamenta sese mutuo infringant & posterius priori derogat, tamen hoc in casu nullum prius, vel posterius est, quia, teste Godofredo ad *d. L. 6. lit. g.* uterque codex simul signatus est, & sic uterque supremus intelligitur. Nam in his, quæ simul fiunt, nihil prius ac posterius est. *L. 2. C. de Testam. tutel.*

§. XI.

Quo casu ex quovis testamento hæreditas & bonorum possessio peti poterunt *d. L. 1. §. 5. si quis ff. de bonor. possess. secundum tabul.* Quam sententiam etiam approbavit supremum Judicium Electorale Appellationis Dresdensæ *Term. Mart. 1718. in caus. J. E. D. contra J. G.* ex hisce subjunctis rationibus

nibus decidendi: So ist doch an dem / daß
 nach dem *L. fin. C. de Edict. div. Hadr. toll.*
 der *Judex* denjenigen / welcher die *Tabulas*
Testamenti vor sich hat / in *possessionem he-*
reditatis zu *immittiren* gehalten / und allhier
 es nicht alleine auf das zu *R. publicirte* *Testa-*
ment ankommet / mit dessen *Forma externa*
Et interna seine Richtigkeit hat / sondern es
 ist dergleichen *sub eodem dato* und von einer-
 ley Inhalt gefertigtes *Testament* bey dem
Rath zu *D. insinuiret* / daran dergleichen
Defecte nicht anzugeben / also *L. 4. ff. de*
his, quæ in testamento delentur, zu *conside-*
riren / mithin / wann auch an dem *R. Te-*
stamente einiger Mangel wäre / dennoch
 das *D.* bestehet.

§. XII.

Quod autem Paganus secundum dicta
 cum duobus testamentis, excepto casu pro-
 posito, decedere non possit, hoc adeo ve-
 rum est, ut prius per posterius infringatur,
 licet ex posteriore hereditas non adeatur:

B 3

imò

imò etiam, si testator in posteriori testamento expresse dixisset: quod vellet prius valere, nihilominus tamen secundum primo præferendum esset, & hoc per illud tolleretur.

§. XIII.

Sufficiant hæc, utut enim haud ignorem, plura adhuc de utili hac Materia afferri potuisse, nolui tamen Modum Disputationis excedere, imprimis cum negotia forensia, quæ me domi expectant, iter eò citius maturare jubeant destinatum. Quare abs Te, Lector Benevole! per honorificè & obnixè peto, atque contendo, ut æqui, bonique consulas, si ea, quæ verius effusa, quàm exulta & exasciata protuli, expectationi tuæ, quam de Frontispicio hujus Disputationis ingressus fuisti, ex assè non respondeant. Abrumpo igitur filum, & huic Disputationi impono Finem. DEO immortalis pro benigniter concessis viribus debitas agendo Grates.

COROL-

COROLLARIA.

I.

Testamentum ad Acta etiam extra locum iudicii fieri potest.

II.

Testamentum ad Acta factum absque testibus subsistit.

III.

Solemnitates ad testamentum requisitæ non sunt de forma probatoriâ, sed duntaxat de substantiali.

IV.

IV.

*De Jure Canonico sufficiunt duo, vel
tres testes cum Parocho ad Testa-
mentum.*

V.

*Testes illi debent esse rogati & tales,
qui de Jure Civili pro idoneis ha-
bentur.*



Ertner, Diss., 1718

ULB Halle

004 324 196




3

A

Sl.







74288

1718, 22

15,
25

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

TESTAMENTO IN DIVERSIS JUDICIIS INSINUATO,

Occasione L. 4. ff. de his, quae in testamento delentur.

QVAM,

ANNUENTE DIVINO NUMINE,
IN PERANTIOVA UNIVERSITATE ELECTORALI
ERFORDIENSI,
CONSENSU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,
P R A E S I D E

Inchytae Facultatis Juridicae Decano,

DNO JOANNE PHILIPPO Streit

J. U. D. Regiminis Elect. Mogunt. Confil.

*Domino Patrono ac Promotore suo omni Honoris cultus
prosequendo,*

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE CAPESSENDIS,

Publicè defendendam suscipit

CHRISTIANUS GODOFREDUS WILISCHIUS,

Liebstadio - Misnicus,

Advocat. Immatric. & Practicus Pirnensis,

HORIS CONSUVETIS.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI

DIE I AUGUSTI, ANNO clb lccc xliix.

ERFORDIAE, Typis JOHANNIS HENRICI GROSCHII, Academiae Typographi.